



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Specvlvm Iuuentvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve Adolescentiæ Sanctorvm**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VWestphalorvm, 1615**

Exemplum pudici adolescentis 14. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42900**

*Exemplum praeclara cuiusdam adolescentis pudicitiae,  
ex oratione Nili monachi, de martyrio SS. Patrum  
qui erant in Sina & Rhaiti regione. Sur.*

*14. Ianuarij Tom. 1.*

*Perstitudo  
animi.*

**T**Verba quondam barbarorum in Eremitas  
favens cum multas solitudines varia SS.  
Patrum cedere cruentasset, peruenit de via ad do-  
munculam in qua exercebatur adolescens, cu-  
ius magnus & excelsus animus existimatus est,  
vel ab ipsis barbaris dignus admiratione. Neque  
enim ijs ostendere latentia monasteria & ca-  
ratione mortem effugere voluit: sed neque in  
hoc, ut exiret e domo, neque ut omnino tuni-  
cam exueret obediuit: Indicare quidem eos,  
qui poterant latere, vocans prodicionem: om-  
nino autem obedire, quicquid per vim co-  
geretur, pusilli & abiecti dicebat esse animi. Eos  
enim qui exercetur, dicebat oportere magno  
& excelso esse animo, nec fas esse metui aut  
minis cedere, etiam si id videretur magnū ha-  
bere periculum. Consuetudo enim fit via ad  
maiora: & timiditas quae semel didicit domi-  
nari, iubet etiam magna bona contemneret, atque  
adeo ipsam etiam pietatem postremo prode-  
re, quando metus malorum timiditate confe-  
ctum animum inuenerit. Si enim nunc inquit  
facile prodidero liberum mei animi arbitrium,  
timens ne breui moriar: quomodo si propo-  
natur supplicia, & minae intententur tormen-  
torum, ad impietatem non facile transfugiam,  
cum doloris vacuitatem asseuerim utili praepone-

ponere? Quocirca cum vobis planè denegetur  
 ea quæ speratis consequi, ne cunctemini ea  
 quæ vultis facere. Neq; enim loca in quibus  
 viri pij habitant, etsi sciam, indicabo: sed nec  
 extra ostium vobis iubentibus egrediar, neq;  
 vestem exuam, vt me quis adhuc sentientem,  
 & mei liberi arbitrij cõpotem cernat nudum,  
 & contueatur corpus, quod in hodiernũ vsq;  
 diem meis nõ est conspectũ oculis. Post mor-  
 tem vero in me non sentiẽtem faciat deinceps  
 vnusquisq; quod velit. Eorum enim qui faci-  
 unt crudelitatis, sed non eius qui patitur æqua  
 est reprehensio. Intus enim moriar vt consti-  
 tuti indutus, neq; faciam quicquam præter sen-  
 tentiam, me ipsum prodens vt mancipium: &  
 in hac cauea in qua decertauĩ potius interfici-  
 ar: & erit mihi sepulchrum hæc domuncula,  
 quæ prius virtutis sudores, & strenuitatis ac  
 probitatis nunc accepit sanguinem. Sic eum  
 liberè loquentem cum non tulissent scelera-  
 ti, sed aduersus eius generosum animũ essent  
 acerrimè commoti, tot eum plagis, quot po-  
 tuit eius corpus capere, confecerunt. Suam e-  
 nim vnusquisq; volens iram in eũ reipsa osten-  
 dere, nõ existimabat priorum enses sufficere  
 ad vindictã, nisi & ipse suũ propria manu cru-  
 entans gladiũ, indignationem suã quadante-  
 nus posset cõsolari. Cum plures itaq; mortu-  
 um quam viuum, illum magni & excelsi animi  
 virum iã fauciasent, ægri animis recesserunt,  
 iniquè ferentes, quod non maiori supplicio e-  
 ius corpusculum suffecissent.

*Præclara  
 castitas.*

VITA